

¹³²
ANDREAS CONTARENVS

D V X L I X.

Electus Anno 1367. obiit Anno 1382.

MONIMENTVM ANTIQVVM.

*Me nulla tacebit etas, cum Iannenses profligaverim Clodiamque receperim,
& à maximis periculis Patriam liberaverim.*

LX.



Radium divinitatis, quod ad nostram tutelam, animæ contulit Immortali, plasmator Generis Humani, Andream Contarenum à Principatu retrahebat, quem Electores nullo obtulerant discrepante. Sapiens, astrorum dominator, funestas patriæ calamitates cum prævideret, in agrum secesseerat Patavinum, quoad novi Ducis publicaretur electio. Quum autem nec publicis, nec privatis literis in urbem retrahi posset, per cognatos monitus Patrum nomine, vel clavum capefcere, vel publicatis bonis in exilium pergere (Non minùs enim peccat, qui dignitarem temerè ambit, quàm qui superbè recusat, cū non in privatorum comodum, sed ad Reipublicæ conferatur utilitatem) sedit in virus. Tergestini illico defece-